

dicatur siue cōuertibiliter siue nō cū extraneo vtriusq; vt ho-  
mo risibile lapis. aut hō aial lapis. Vel accipiendi sunt duo  
termi quoz alter de altero p̄dicat. siue cōuertibiliter siue non  
cū superiori ad vtrūq; vt hō risibile substātia. vel hō aīmal sub-  
stātia. p̄ hāc autē regulā dīstīctiūā. cuiūq; generi applicet. siue  
substātie siue q̄sītati siue alicui alioz sp̄ inueiuntur termi per  
quos inutilis cōiugatio demonstrabit non tenere. Et tales ter-  
minos appellat Aristō. in porib; terminos in q̄bus omni z in q̄-  
bus nulli. Et nota q̄ inueire terminos in q̄bus nō seq̄tur con-  
clusio est accipere terminos supradictos z facere coniugatiōem  
in qua p̄missa sunt vere z conclusio falsa. manente eadē qua-  
litate z q̄sītate. p̄positionum. Verbi grā. hec est inutilis coniu-  
gatio. nullus homo est asinus. nullus lapis ē homo. ergo nul-  
lus lapis est asinus. Isti sunt termi in q̄bus omni. hec est inuti-  
lis contra regulam p̄us positam. q̄ ex puris negatiuis nihil  
seq̄tur. Contra hanc coniugatiōem inutilem sic accipiūtur ter-  
mini in q̄bus nulli. vel in q̄bus non seq̄tur conclusio. z capia-  
tur termi p̄ sedm̄ mēbrum regule dīstīctiue date. homo risi-  
bile lapis. z arguat sic. nullus lapis est risibilis. nullus hō ē la-  
pis. ergo nullus hō est risibilis. Ecce p̄missa sunt vere. z con-  
clusio falsa. seruata eadem qualitate z q̄sītate p̄positionuz. in  
vtraq; cōiugatiōe manente vtrobiq; eadem figura

#### **V**int quartus tractatus

#### **S**eq̄tur q̄ntus tractatus

Actio dicitur multis modis. Primo modo ratio i-  
dem est q̄ definitio vel descriptio: vt hic vnioca  
dicuntur quozum nomen cōmune est et ratio sub-  
stantie s̄m illud nomen est eadem. Secundo mo-  
do est quedam virtutis anime. Tercio est idem quod oratio  
ostendens aliqd. sicut sunt p̄positiōnes vel rōnes disputantiuz  
Quarto idem est q̄ forma materie: vt in cultello ferrum ē ma-  
teria dispositio vero inducta in ferro est forma. Quinto idem  
est q̄ essentia cōmunis p̄dicabilis de pluribus: vt essentia ge-  
neris sp̄ei vel differētie. Sexto idem est q̄ medius inferens cō-  
clusionem. z hoc modo sumitur rō in definitiōe argumēti que  
est talis. Argumentum est ratio rei dubie faciens fidem. id est  
medium probans conclusionem. Conclusio em̄ debet confir-  
mari per argumētum. Est autē conclusio argumento vel argu-

*De quib; accipiendi p̄  
nec finem ad vni-  
alio p̄ risibile  
aut ex sup̄end de  
nos ad hō p̄nto sup̄  
rio? ad vniūq; p̄  
q̄ p̄cludit vtrūq;  
p̄ et p̄m hō dō  
q̄ sit hō et vca  
p̄missa p̄ta inf̄  
p̄missa q̄m q̄t  
aut p̄ta et ac  
ms sit  
p̄ta  
vtrūq;  
p̄ta q̄m vtrūq;  
p̄cludit si p̄m hō  
vera est p̄m hō  
p̄m hō p̄ta et  
aut*



mentis probata, propositio que anteq̄ probetur ē dubitabilis & questio. **U**n̄ questio est dubitabilis propositio. **D**ecim̄ autē ē qd̄ habet duo extrema. **A**rgumētatio est argumēti p̄ ordē explicatio id ē orō explicans argumētum. **D**iffert autē argumētū a mediō & ab argumentatōne q̄z mediū d̄: eo q̄ habet duo extrema. **A**rgumētum autē addit supra mediū & tūc probādi conclusionē. **A**rgumētatio d̄: total orō composita ex premis/sis & conclusionē. & in illa maifestat & tūc argumēti. **A**liquādo cū tota orō pōt inferre vlem affirmatiuā. **A**liquando p̄ticularē affirmatiuā. **A**liquādo vlem negatiuā. **A**liqui p̄ticularē negatiuā. & sic maifestat tota & tūc argumēti cū ostendit supra quā cōclusionē p̄t ipm̄ argumētum & supra quā nō pōt qd̄ h̄dem sit in argumentatōe vt d̄cm̄ est. **A**rgumētatiois q̄t duo sunt sp̄s scz syllogismus, inductio, enthimema & exēplū. **D**efinitio syllogismi d̄cā est p̄us. **I**nductio ē a singularibus sufficiēter enumeratis ad vlem progressio: vt sortes currit, plato currit & cūq̄, ergo ois homo currit. **E**nthimema est syllogismus imperfectus id est orō in qua nō oibus p̄missis añpositis se/stinata inferitur cōclusio: vt omne aīal currit, ergo ois hō currit. **I**n hac em̄ argumentatōe includit̄ hec propositio, ois homo est aīal, que si poneret̄ p̄fectus esset syllogismus. **A**ristoteles autē sic definit ipm̄. **E**nthimema est ex icōtibz & signis, icos idē est qd̄ propositio p̄babilis. **S**ignum vt h̄ sumitur est idē qd̄ propositio demonstratio seu necessaria vel probabilis & hoc in inferendo. **S**ignum vt hic sumitur dicit necessitatē illatōis. **I**cos autē dicit probabilitatē propositōis s̄m quā probabilitatē propositio d̄: ēē vera. **U**nde licz in enthimemate est t̄m̄ vna propositio inferens & alia illata, tamē s̄m q̄ illa propositio inferens apparet oibus esse vera vel pluribus, sic dicitur icos idē ē probabilis, vt quilibet diligit diligentem se s̄m anteq̄ ip̄sa inferit conclusionem de necessitate, sic dicitur signum. **E**t sic eadem propositio dicitur icos & signum s̄m aliud & aliud. **S**i q̄s obiciat q̄ enthimema debeat sic definiri, **E**nthimema est ex icōte & signo, cum tantū sit vna propositio inferens: que est icos et signum s̄m diuersa. **A**d hoc dicendum est q̄ licet sit vna propositio inferens actu, tamē habet in se & tūc duarū p̄pōnū qz habet in se & tūc p̄p̄iam & illius que subitelligitur, & sic est vna s̄m substantiam & due s̄m virtutem. **E**t ideo in plura/



li dicitur ex icotibus z signis z nō ex icote z signo ¶ Sciendū qz omne enthymema debet reduci ad syllogismū. In enthymemate em̄ sunt tres termi sicut in syllogismo z duo illoz sunt in conclusione. z sunt maior extremitas z minor extremitas aliis autem non poitur i conclusione z est medium. Illarum autē extremitatum. altera sumitur bis z altera semel. Ex extremitate vero semel sumpta z ex medio fiat vna propō f̄m exigētia modi z figure. z sic habetur syllogismus. Verbi grā. In hoc enthymemate omne aial currit. ergo oīs hō currit. homo z currit sunt due extremitates. z aial est medius. sed illa extremitas scz homo est tm̄ semel sumpta. Ex ipsa ergo z medio fiat vna propositio scz oīs homo est aial. z tunc erit pfectus syllogism⁹ sic. omne aial currit. oīs homo ē aimal. ergo oīs homo currit. Exemplū est quādo vnum pticulare pbatur per aliud ppter a liquidū simile reptum in ipsis: vt leodienfes pugnare cōtra lo/ uaniēses malum ē. ergo traiectēses pugnare contra leydenfes malū est. qz vtrobiz est pugnare affines cōtra affines

¶ Quis est p que argumētum cōfirmat. ideo dāda ē ei⁹ definitio p̄ hic sumit. Locus ē sedes argumēti vel lo a quo ad ppositā questionē pueniēs trahit argumētū. Quid autē sit questio dē m̄ est. Et sciēdum qz ppositio. questio. cōclusio z enūciatio f̄m substantiā idē sunt. differūt autē f̄m rōnes. nā diuersas habēt rōnes siue definitōes vt p̄us patuit. f̄m em̄ qd̄ dubitabile est d̄z questio. put vero ipsa probata est p argumētum est cōclusio. put poitur pro alio in pmissis est ppositio. Enūciatio autē ē f̄m qz significat esse vel nō esse: vt sortes currit. sortes nō currit. ¶ Locus autē diuidit̄ in locū maximā z locū differētiā maxime. Locus maximā idē est qd̄ maximā. Vñ maximā est p̄pō qua nō est altera p̄z: neqz notior: vt omne totum est maius sua pte. Item de quocūqz p̄dicat definitio. de eodez predicatur z definitum. De quocūqz p̄dicatur spēs de eodez predicatur z genus. ¶ Locus differētiā maxie est illud quo vna maximā differt ab alia: vt iste maxie. de quocūqz predicat spēs de illo p̄dicatur genus. de quocūqz p̄dicat definitio de illo predicatur definitum. differūt per terminos ex quibus cōponuntur. vna em̄ maximā componitur ex genere z specie. a/ lia ex definitione z definito. Unde isti termini simplices dicitur differētiā maximarum. ¶ Et sciēdum qz tā locus maxi⁹



ma q̄ locus differentia matie dicit̄ locus qz vtrūq̄ cōfert fir  
mitatē z robur argumento. vñ p̄portionabilr sumit̄ hic locus  
ad locū in rebz naturalibz qz sicut ille seruat res in esse. sic silt  
locus conseruat argumentū ¶ Locus differentia matie diuisi  
ditur p̄ locū intrinsecum extrinsecū z mediū. Locus intrinsec⁹  
est qñ sumit̄ argumentū ab his que sunt de substantia rei si/  
cut in definitōe: vt aīal rōnale mortale currit. ergo homo cur  
rit. Locus extrinsecus est qñ sumitur argumentū ab his que  
om̄ino separata sunt a substantia sicut ab oppositis: vt si q̄ratur  
an sortes sit niger. z p̄bet sortes ē albz. ergo sortes nō est niger  
Locus medius ē qñ sumit̄ argumentū ab his q̄ prim̄ cōuei/  
unt cū termis in questione positis. z prim̄ dicit̄ ab eis sicut in  
ter cōiugata z casus: vt si q̄ratur an iusticia sit bona. et p̄bet  
sic iustū ē bonū. ergo iusticia ē bona. ¶ Loc⁹ intrinsecus diuisi  
dit̄ p̄ locū a substantia z p̄ locū a cōcomitātibz substantiā Lo/  
cus a substantia ē qñ sumit̄ argumentū ab his q̄ sunt de sub/  
stantia terminoz in questione positoz. Et ille diuidit̄ p̄ locū a  
definitōe a descriptōe z a noīs interpretatōe ¶ Definitio ē orō  
indicās qd est eē rei p̄ cēntialia. Locus a definitōe est hitudo  
definitōis ad definitū. Et continet quattuor argumenta z q̄t  
tuor maxias. Primo subiyciendo definitōem affirmatiue: vt a  
nimal rationale currit. ergo homo currit. Locus a definitōe  
affirmatiue. Maxia. Quicqd̄ predicatur de definitōe z de de  
finito. Secūdo predicando definitōem affirmatiue: vt sortes  
est aīal rōnale. ergo sortes est homo. Locus a definitōe affir/  
matiue. Maxia. De quocunqz predicatur definitio z definiti/  
tū. Tercia subiyciendo definitōem negatiue: vt aīal rōnale nō  
est asinus. ergo hō nō est asinus. Locus a definitōe negatiue  
Maxia. Quicqd̄ remouetur a definitōe etiam remouet̄ a de  
finito Quarto predicando definitōem negatiue. vt lapis nō ē  
aīal rōnale. ergo lapis non est homo. Locus a definitōe Ma  
xima. Quocunqz remouetur definitio z definitum. ¶ E con  
uerso. Locus a definito cōtinet tot argumenta z tot maxias  
sicut locus a definitōe. Primo subiyciendo definitūz affirma  
tiue: vt homo currit. ergo aīal rōnale currit. Locus a defini/  
to. Maxima. Quicqd̄ predicatur de definito etiam de defini  
tōe Secūdo pdicando definitū affirmatiue: vt sortes ē homo.  
ergo sortes est aīal rōnale. Locus a definito Maxia. De quo



cunq; predicat definitum et definitio. Tercio subiuciendo de/  
 finitū negatiue: vt homo nō currit. ergo aīal rōnale nō currit  
**Locus a definito negatiue.** *Variā.* Quicqd̄ remouetur de de/  
 finito. etiā de definitōe. Quarto p̄dicando definitum negatiue  
 vt lapis nō est hō. ergo lapis nō est aīal rōnale mo: tale **Locus**  
**a definito.** *Variā.* a quocūq; remouet definitū et etiā definiti/  
 tio ¶ Et sciendū q; locus sp̄ debet denoiari a termino inferente  
 et nō ab illato. Ideo qm̄ definitio est inferens ē locus a definito  
 one. qm̄ vero definitū est inferēs est locus a definito ¶ **Descrip-**  
**tiō** est orō significās esse rei p̄ accidētia: vt aīal risibile ē de  
 scriptio hoīs. Vel sic. Descriptio est orō constās ex genere et  
 proprio: vt aīal risibile. Locus a descriptōe est habitudo de/  
 scriptōis ad descriptū. Et cōtinet quattuor argumēta et q̄ttu  
 or māias sicut locus a definito. Et formatur hic eodez mō  
 argumēta et māie sicut in loco a definito. nisi q; ibi ponitur  
 definitio et definitū. hic vero descriptio et descriptū ¶ **Interp-**  
**ratiō** est duplex. quedā em̄ est q; nō cōuertit cū interpretatiōe suo  
 vt ledens pedem est interpretatiō huius noīs lapis. Alia est q;  
 cōuertitur cū interpretatiōe suo: vt amator sapientie est interpre-  
 tatiō huius noīs p̄hs. Et hoc mō sumitur hic. et definit sic ¶ **In-**  
**terpretatiō** est expositiō vnius noīs minus noti. per aliud  
 nomen magis notum. vel per integram orationem. Locus a  
 nomis interpretatiōe est habitudo interpretatiōis ad inter-  
 pretatum. Et tenet tot argumēta et tot māias. sicut locus a  
 definitione. Primo subiuciendo interpretatiōem affirmatiue:  
 vt amator sapientie currit. ergo p̄hs currit. Locus a nomis  
 interpretatiōe. *Variā.* Quicqd̄ predicatur de interpretatiōe  
 de interpretato. Vel sic a parte predicati. Sortes est ama-  
 tor sapientie. ergo sortes est p̄hs. Locus a nomis interpretatiōe  
 ne. *Variā.* de quocunq; predicatur interpretatiō et interpre-  
 tatum. Negatiue sic a pte subiecti: vt amator sapientie nō cur-  
 rit. ergo p̄hs nō currit. Locus a nomis interpretatiōe. *Vari-*  
*ma.* Quicqd̄ remouet ab interpretatiōe et ab interpretato. A  
 parte p̄dicati sic. Sortes nō est amator sapientie. ergo sortes  
 non ē p̄hs. Locus ab interpretatiōe. *Variā.* A quocūq;  
 remouet interpretatiō ab eodem remouet et interpretatū. Et eo/  
 dem mō intelligit de interpretato sicut de definito

**Loci a cōcomitātib; substantiā sunt octo**

5/13



**L**ocus a cōcomitantibz substātiā est. quādo sumit argu-  
mentū ab his que sequūtur terminos in questione positos. Et  
diuidit. qz alius ē locus a toto. alius a pte. alius a causa. ali<sup>9</sup>  
ab effectu. alius a generatōe. alius a corruptōe. alius ab vsibz  
alius a cōmuniter accidētibz. Locus a toto diuidit sicut ip-  
sum totū. Est em̄ totū aliud vlē. aliud integrale. aliud totū in  
quātitate. aliud totū in modo. aliud totū in loco. aliud totum  
in tpe. Et fm̄ hoc multiplex ē locus a toto. qz alius est locus a  
toto vli. alius a toto integrali z cū s. Et tot modis diuidit ps z  
locus a parte. **T**otum vlē: vt hic sumitur est qdlibet supius  
et substātiāle sumptū ad suū inferius: vt aīal ad hoiem. z hō  
ad sortem. Pars subiectiua dīr qdlibet inferius sub to to vlē  
sumptum. Locus a toto vli siue a genere est hītudo ipsius to-  
tius vli siue gñis ad suam partem subiectiua siue ad suā spe-  
ciem. Et est semper destructiuus predicando totum: vt lapis  
nō est aīal. ergo lapis nō est hō. **M**axia. a quocunqz remouet  
genus siue totū vlē ab eodē remouet spēs siue ps subiectiua  
Locus a spē siue a pte subiectiua ē hītudo ipsi<sup>9</sup> ad suū genus  
siue ad suū totū vlē. z est semp cōstructiuus. Et cōtinet duo ar-  
gumēta z tot maxias. Primo subiiciendo spēm affirmatiue:  
vt homo currit. ergo aīal currit. Locus a spē siue a pte subie-  
ctiua. **M**axima. Quicqđ pdicatur: r de spē vel pte subiectiua. h  
etiā pdicatur de genere siue toto vniuersali. Scō o pdican-  
do spēm affirmatiue: vt sortis est homo. ergo sortis est aīal.  
**M**axima. de quocunqz predicatur spēs siue pars subiectiua.  
de eodem pdicatur genus siue totū vniuersale. **T**otum inte-  
grale est qđ est cōpositū ex partibz q̄titate habētibz. Et ps ei<sup>9</sup>  
dīr pars integralis. Pars integralis est que cū alijs partibus  
reodit q̄titate totius. Locus a toto integrali est hītudo toti<sup>9</sup>  
ergo partes est. Locus a toto integrali. **M**axia. posito toto in-  
tegrali ponit z q̄libet ps eius Locus a pte integrali ē hītudo  
partis integralis ad suū totū. z est semp destructiuus: vt pari-  
es nō est. ergo domus nō est. **M**axia. destructa parte integrali  
destruitur z suum totū. **T**otū in q̄titate ē vlē sumptum vni-  
uersaliter: vt oīs homo. nullus aīnus. Pars in quantitate a  
quodlibet inferius contentū sub suo toto vniuersali vniuersa-  
liter sumpto. Itē locus a toto in quantitate ē hītudo ipsius



ad suā ptem. 7 est cōstructiuus 7 destructiuus. Cōstructiue sic  
ois homo currit. ergo sortes currit. Locus a toto in q̄titate.  
Maxia. Quicqd̄ predicatur de toto in q̄titate etiā de q̄libet  
eius pte. Vel sic. si v̄lis sit p̄a. q̄libet eius singularis erit vera.  
Destructiue sic. nullū aial currit. ergo nullus hō currit. Max  
tima. de quōd remouet a toto in q̄titate 7 a q̄libet eius pte. Vel  
sic. si v̄lis est falsa quelibet eius p̄ticularis erit falsa. Locus a  
partib̄ in q̄titate ē habitudo oīz p̄tium in q̄titate simul sum  
ptarū ad suū totū. Et tenet cōstructiue 7 destructiue. Cōstru  
ctiue sic. sortes currit. plato currit. 7 sic de oībz alijs. ergo oīs  
hō currit. Locus a p̄tibus in q̄titate. Maxia. quicqd̄ p̄dica  
tur de p̄tibus in q̄titate simul sumptis. 7 de suo toto. Destructi  
ue sic. sortes nō currit. plato nō currit. 7 c̄ijs. ergo nullus hō  
mo currit. Locus a p̄tibus in q̄titate simul sumptis. etiā  
maxia. quicqd̄ remouet a p̄tibus in q̄titate simul sumptis. etiā  
a suo toto. Vel si q̄libet singularis nō sit vera. sua v̄lis nō erit  
vera. Totū in mō est v̄le sumptū sine determinatōe: vt homo.  
Pars in modo est v̄le sumptum cū determinatōe nō diminu  
ente: vt hō albus. Et in hoc toto seu loco sumitur eodem mō  
argumentū sicut in loco a ḡne ad sp̄em. ¶ Totū in loco est dco  
cōprehēdēs aliquē locū aduerbialit̄. vt vbiq̄ nusquaz. Pars  
in loco est dco p̄prehendens aliquē locū aduerbialit̄: vt hic  
vel ibi. Locus a toto in loco est hitudo ipsius ad suā ptem. 7 te  
net cōstructiue 7 destructiue. Cōstructiue sic. deus est vbiq̄.  
ergo deus est hic. Maxima. cuiusq̄ cōpetit totū in loco. 7 q̄  
libet eius ps. Destructiue sic. cesar est nusquaz. ergo cesar non  
est hic. Maxia. Quicqd̄ remouet a toto in loco 7 a q̄libet ei  
parte. Locus a pte in loco ē habitudo ipsius ad suū totū. 7 est  
semp destructiuus: vt cesar nō est hic. ergo nō est vbiq̄. Loc<sup>a</sup>  
a parte in loco. Maxia. Cuiusq̄ nō cōpetit ps in loco nec ei  
totū. ¶ Totū in tpe est dictio cōprehendens om̄e tempus ad  
uerbialit̄: vt semp nūq̄. Locus a toto in tpe est habitudo ip  
sius ad suā ptem. 7 tenet destructiue 7 cōstructiue. Pars in tē  
pore est dictio cōprehendens aliquod tempus aduerbiali  
ter: vt nunc heri cras. Et tenet destructiue tantū. Exempla su  
muntur hic sicut in loco a toto in loco 7 a parte in loco. Cau  
sa est ad cuius esse sequitur aliud fm naturam. Et diuidit̄ in  
causam meteriale[m] formale[m] efficientē 7 finale[m]. ¶ Causa effici



ens est a qua primo fit motus ad hoc qd fiat aliquid: vt domi-  
 ficator est primus mouens z operans: vt fiat domus. z faber  
 vt fiat cultellus. **Locus** a causa efficiēte ē hitudo ipsius cau-  
 se efficiētis ad suū effectū. z est cōstructiu⁹ z destructiuus. Cō-  
 structiue sic. edificator est bonus. ergo domus est bona. Lo-  
 cus a causa efficiēte. **Materia**. si causa efficiēs est bona. ipsum  
 quod fit est bonum. Destructiue sic. Edificator nō ē bon⁹.  
 ergo domus nō est bona. **Locus** a causa efficiente. **Materia**.  
 Cuius causa efficiēs non est bona. ipsum qd fit nō est bonum.  
 Et econuerso tenet locus ab effectu ad cām efficientem: vt do-  
 mus est bona. ergo sua causa efficiens est bona zc. **Materia** ē  
 ex qua cum alio aliqd fit. Et est duplex. quedam em̄ est perma-  
 nens: vt in cultello ferrum. quedam transiens: vt in pane fari-  
 na z aqua. Etiam definit sic. materia est que tm̄ est in potētia.  
**Locus** a causa materiali est hitudo ipsius ad suū effectū. et  
 est cōstructiuus z destructiuus. Cōstructiue sic. ferrum est ergo  
 arma ferrea pnt eē. **Locus** a causa materiali. **Materia**. posita  
 causa materiali possibile effectu eius poni. Destructiue sic.  
 ferrū nō est. ergo arma ferrea non sunt. **Locus** a causa materi-  
 ali. **Materia**. remota causa materiali pmanente. remouet ei⁹ ef-  
 fectus. sed in materia transeūte nō tenet negatiue: vt nō seqtur.  
 farina nō est. ergo panis nō est. **Locus** ab effectu cause materi-  
 alis tenet cōstructiue sic. Arma ferrea sunt. ergo ferrū est. Lo-  
 cus ab effectu cause material' pmanētis. **Materia**. posito effcū  
 cause material' pmanētis poitur eius causa. **Locus** ab effectu  
 cause material' trāseūtis tenet cōstructiue: vt vit⁹ vel panis est  
 ergo filix vl' farina fuit. materia em̄ trāsiēs nō manet. s; trāserit  
 in aliā materiā. **Locus** ab effectu cāe material' trāseūtis. **Materia**.  
 posito effectu materie trāseūtis. necesse est ipam materi-  
 am p fuisse. **Forma** dat eē rei. z pseruat eā in eē. **Locus** a cā for-  
 mali ē hitudo ipsius cāe formal' ad suū effectū. z tenet cōstru-  
 ctive z destructiue. Cōstructiue sic. albedo ē. ergo albū est. **Locus**  
 a causa formali. **Materia**. posita causa formali poitur z eius ef-  
 fectus. Destructiue sic. albedo nō est. ergo albū nō est. **Materia**  
 remota causa formali remouet z eius effectus. **Contra** est de  
 effectu. qz tenet etiā cōstructiue z destructiue. **Finis** est grā  
 cuius aliqd fit. **Locus** a causa finali ē hitudo ipsius ad su-  
 um effectū. z est cōstructiu⁹ z destructiu⁹. Cōstructiue sic. Be-



titudo est bona ergo virtus est bona Locus a causa finali. **Bar**  
**rima.** cuius finis bonus est ipm quoq; bonum est. Destructi  
ue sic. pena no est bona. ergo pctm no est bonu. Locus a cau  
sa finali. **Baria.** cuius causa mala est ipm quoq; malu est.  
et eotra etiam est de loco ab effectu cause finalis. **Genera**  
**tio** est pgressio a no esse ad esse. Locus a gnatione est habitus  
do gnatois ad suu generatu. et est costructiuus et destructiuus  
**Co**structie sic. Generatio domus est bona. ergo domus est bo  
na. Locus a generatione. **Baria.** cuius generatio bona est ip  
sum quoq; bonu est. Destructie sic Generatio latronis est ma  
la. ergo latro est malus. Locus a generatione. **Baria.** cuius  
generatio mala est ipm quoq; malu est. Ecouerso est de loco a  
generato. **Corruptio** est pgressio ab esse ad no esse Locus a  
corruptoe est habitudo corruptois ad corruptiu. et est construc  
tiuus et destructiuus. **Co**structie sic. Corruptio antichristi est  
bona. ergo antichristus est malus. Locus a corruptoe. **Bar**  
**rima.** cuius corruptio bona est ipm quoq; corruptu malu est.  
Destructie sic. Corruptio domus est mala. ergo domus est bo  
na. **Baria.** cuius corruptio mala est ipm quoq; bonu est. et e  
couerso. Locus a corrupto tenet constructiue et destructiue.  
**U**sus vt hic sumit est opatio rei vel exercitiu ipsius: vt eq  
tare equi et secare securis. Locus ab vsib; est hitudo ipsi? opa  
tionis ad id cuius est opatio siue vsus. et est constructiuus et destru  
ctiuus. **Co**structie sic. Equitare est bonu. ergo equus est bonus.  
Locus ab vsib;. **Baria.** cuius vsus bonus est ipm quoq; bo  
nu est. Destructie sic. Decidere hoiem est malu ergo occisor ma  
lus est. Locus ab vsib; **Baria.** cuius vsus malus est ipm qd  
vsitatu malu est. Ecotra est de loco ab vsitato. **Co**muniter ac  
cidetia sunt duplicia. quedam em sunt q aliquando se cosequu  
tur et aliqñ no: vt comptus et adulter Et ab his no sumit locus  
dialecticus s; sophisticus. Alia sunt quoz vnū sp sequitur ad a  
liud: vt penitet sequitur ad deliquisse Et ab his sumit locus diale  
cticus et tenet constructiue et destructiue. **Co**structie sic. Iste pe  
nitet ergo deliquit. Locus a coiter accntib;. **Baria.** si coiter  
accidentiu posterius inest. et pmu infuit. Destructie sic. Iste no  
deliquit ergo no penitet. Locus a coite r accntib;. **Baria.** ma  
Si coiter accidentiu pus no inest. et posterius no inest.

**L**oci extrinseci sunt septem



Equit de locis extrinsecis. Quid aut sit locus extrinsecus dcm est pus. Locoꝝ aut extrinsecorū. ali<sup>9</sup> ē ab oppositione. alius a maiori. alius a minori. alius a simili. alius a portione. alius a transumptione. alius ab auctoritate. **O**ppositionum quattuor sunt spēs. relatio. contrarietas. priuatio. contradictio. Relatiue opposita sunt quorū alterū sine altero esse non potest. Locus a relatiuis est habitudo vnius relatiuorū ad aliud. z est constructiuus z destructiuus. Constructie sic. Pater est. ergo filius est. Item filius est. ergo pater est. Locus a relatis. **D**axia. posito vno relatiuorum necessario poitur et reliquum. Destructie sic. pater non est. ergo filius non est. z eō uerso. **D**axia. remoto vno relatiuorum remouet z reliquum. **L**ocus uero a relatiue oppositis tenet solum constructie sic. fortis est pater platonis. ergo non est filius eius. **D**axia. posito vno relatiue oppositorū in aliquo subiecto. ab eodem remouetur z reliquus. **C**ōtrarietas ē cōtrarioꝝ ū oppō: vt albi z nigri. **C**ōtrarioꝝ ū q̄daz sunt mediata: vt album nigri. iter que sunt mediū colores. quedā uero imediata: vt sanū z egrū circa aiā. **L**oc<sup>9</sup> a cōtrarijs est hitudo vnius cōtrarioꝝ ad reliquū. **E**t tenet cōstructie z destructie. **C**ōstructie sic. hoc aiā est sanū. ergo nō est egrū. **L**ocus a cōtrarijs **D**axia. posito vno cōtrarioꝝ in aliquo subiecto remouet z reliquū. **D**estructie tenet solū in cōtrarijs imediatis cū cōstātia subiecti: vt hoc aiā nō est sanū ergo ē egrū. **L**oc<sup>9</sup> a cōtrarijs imediatis **D**axia. remoto vno cōtrarioꝝ imediatorū poitur reliquū manente subiecto. **Q**ue aut sunt priuatiue opposita dcm est pus. **L**ocus a priuatiue oppositis ē hitudo priuatiōis ad habitū vel habitū ad priuatiōem. z tenet cōstructie: vt iste ē uidēs. ergo nō ē cecus. vel iste est cecus ergo nō ē uidēs. **L**oc<sup>9</sup> a priuatiue oppositis. **D**axia posito vno priuatiue oppositorū circa aliq̄d subiectū ab eodē remouet z reliquū. **D**estructie nō tenet nisi cū cōstātia subiecti z cū tpe determinato a natura. **C**atulus em̄ nō dicit uidēs neq̄ cecus an̄ nonū diem. **E**t puer nō dicit edēculus an̄ tps determinatū a natura. **C**ōtradictio est oppositio cuius finis nō est dare medium. **L**ocus a contradictorie oppositis est hitudo vnius contradictorie oppositorū ad reliquū: vt fortem sedere est verū. ergo fortem nō sedere est falsum. **L**ocus a contradictorie oppositis. **D**axia. si vnum contradictorioꝝ est verū reli



quam erit falsum. Sunt autem alia opposita que dicuntur  
dispata que non sunt opposita s<sup>m</sup> aliquod genus p<sup>re</sup>cedē op/  
positōis sed sunt diuersa: vt homo ⁊ asinus. Locus a dispa  
tis est hīcudo vnius dispatorum ad reliquū. ⁊ tenet affirma  
tiue sic. forte est homo. ergo non est asinus. Locus a dispatis  
Daxia. de quocunq; d<sup>r</sup>: vnum dispatorum abstractiē ab illo  
eodem remouetur reliquum. Dicitur notanter abstractiē. q̄a  
si concretie sumeretur tunc non sequeretur. q̄ non sequitur.  
hoc est albedo. ergo non est quantum. sed bene sequitur. hoc ē  
albedo. ergo non est quantitas. ¶ Maius vt hic sumitur. est  
quod sup<sup>r</sup>: aponitur alicui in potentia ⁊ virtute. Minus est  
quod ei sup<sup>r</sup>: oicitur. Locus a maiori est hīcudo ipsius maioris  
ad minus. Et est semper destructiuus: vt rex non potest expu  
gnare castrum. ergo nec miles. Locus a maiori. Daxia. Si  
id quod magis videtur inesse non inest. nec id quod minus vi  
detur inesse inerit. Locus a minori est habitudo minoris ad  
maius. Et semper est constructiuus: vt miles potest expug  
nare castrum. ergo ⁊ rex. Locus a minori. Daxia. si id quod  
minus videtur inesse inest. ⁊ id quod magis videtur inesse in  
erit. ¶ Similitudo est rerum differentium eadem qualitas.  
Locus a simili est hīcudo vnius similium ad reliquum. Et te  
net constructiē ⁊ destructiē. Constructiē sic. sicut risibile inest  
homī. ita hinnibile inest equo. sed risibile inest homī vt p<sup>ro</sup>rium.  
ergo hinnibile inest equo vt p<sup>ro</sup>rium. Locus a simili. Da  
xima. de similibus idem est iudicium. Destructiue sic. Sicut  
risibile inest homī. ita hinnibile inest equo. sed risibile nō inē  
homī. vt genus. ergo hinnibile non inest equo: vt genus.  
Locus a simili. Daxima. de similibus idem est iudicium.  
¶ Proportio est rerum differentium eadem hīcudo. Locus  
a proportione est habitudo vnius proportionabilium ad re/  
liquum. Et tenet affirmatiue ⁊ negatiue. Affirmatiue sic. Si  
cut se habet rector nauis ad nauem. ita se habet rector schola  
rium ad scholas. sed pro nauī regenda eligendus est rector nō  
forte sed arte. ergo pro scholis regendis eligendus est rector  
scholarium non forte sed arte. ¶ Locus a proportione.  
Daxima. de proportionabilibus idem est iudicium. Nega  
tiue sic. Sicut se habent duo ad tria. ita etiā quattuor ad sex.  
Sed duo nō sunt dupla ad tria. ergo nec quattuor sunt dupla ad



ser. **Maxima.** De proportionabilibus idem est iudicium. Et  
 differt iste locus a loco a simili qz in loco a simili sumitur cō/  
 paratio s̄m similitudinem inherētie: vt sicut risibile inest homi.  
 ita hinnibile inest equo. Sed in loco a proportōe non attēdi  
 tur similitudo inherētie. sed comparatio habitudis. vt sicut se ha  
 bet rector nauis ad nauē. ita se habz rector scholariū ad scho  
 las. **Transumptio** est duplex. quedam est quādo dco vel ozo  
 vnum scans transsumitur ad scandum aliud ppter similitudiez  
 aliqz in eis reptam: vt hec dco ridere transsumit ad significā/  
 dum florere. cum dicitur pratum ridet. Ita aratio transsumitur cū  
 dicitur **Littus** aratur id ē opa perdit. sicut solet dici cum q̄s inua  
 num laborat. **Alia** est trāsumptio qm̄ nomē magis notum su  
 mitur pro noie minus noto: vt si debeat probari q̄ p̄hs non  
 inuidet et fiat trāsumptio ad hoc nomē sapiens. Et ista trans  
 sumptio pertinet ad dialecticū. **Locus a trāsumptōe** est ha  
 bitudo trāsumptōis ad trāsumptū: vt sapiēs nō inuidet  
 ergo p̄hs nō inuidet. **Maxia.** Quicqd̄ conueit alicui sub no/  
 mie magis noto eidē conueit sub noie minus noto. Differt atē  
 iste locus a loco a nois interpretatōe qz ibi accipit definitio s̄  
 ue expositio nois: vt si exponatur hoc nomē p̄hs p hoc qd̄ est  
 amator sapiētie. In loco autē a trāsumptōe nō sumit expō vl  
 descriptio nois. sed p vno noie minus noto accipit aliud no/  
 men magis notū p quod faciliter potest pbari ppositū. **Au/  
 ctoritas** vt hic sumitur est iudiciū sapientis in sua scia. Ideo  
 iste locus solet a iudicio denoiari. **Locus ab auctoritate** ē ha  
 bitudo auctoritatis ad illud quod p eam pbatur. et tenet solū  
 constructie: vt astronimus dicitur solem esse maiorem tota terra  
 ergo sol est maior tota terra. **Locus ab auctoritate.** **Maxia.**  
 vnicuiqz experto in sua scientia credendum est

**Loci mediū sunt tres**

**Equit de locis medijs.** Quid aut sit locus medius di  
 ctū est p̄us. **Locoz mediōz.** alius ē a iugatis. ali<sup>o</sup> a  
 casibz. ali<sup>o</sup> a diuisione. **Cōiugata** et casus dicitur sic. qz vniuocū  
 vel pncipale seu abstractum q̄ idē sunt dicitur iugatum cuz suo  
 denominatiuo: vt iusticia et iustū. albedo et albū. **Casus** autē di  
 cuntur q̄ cadūt a pncipali vel abstracto: vt iustū et iuste a ius/  
 sticia. Quā dicitur Aristoteli scdo topicoz. **Locus a cōiu/  
 gatis** est habitudo vnius iugatoz ad reliquū: vt iusticia est